



## Mindener Geschichtsquellen

Die Bischofschroniken des Mittelalters (Hermanns v. Lerbeck Catalogus episcoporum Mindensium und seine Ableitungen)

### Münster in Westf., 1917

#### V. Die "Successio episcoporum"

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56029](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56029)

V.

Die „Successio episcoporum Mindensium“.



**Chronicon episcoporum Mindensium incipit feliciter.**

P 723.

Incerto collectore.

Additis eiusdem ecclesiae triginta per imperatores et Caesares  
Romanos concessis privilegiis <sup>a</sup>.

Annis Christi octingentis,  
Sed bis decem ex iis demptis  
Templum primum conditur  
Petri Cephae ad honorem,  
Error gentis in decorem  
Fidei convertitur.

*Chron. I.*

Et: Locum Minden nominatum,  
Per gentilem incastratum  
Wedekindum nomine.  
Hic per Carolum captivatur,  
Per Leonem baptizatur  
Sacro fontis flumine.  
Carolus fundans hunc effecit  
Contra gentes, quas eiecit  
Nominatos Saxones.  
Et: Leo sacrans tutum fecit  
Erkanbertum et praefecit  
Contra nequam daemones.  
Fac, o Deus, ut salventur  
Gens et locus nec parentur  
Hostium insidiae.  
Permansurus in aeternum  
Nec trahant illum in infernum  
Daemonum malitiae.

---

<sup>a</sup> Die Urkunden werden hier nicht mit abgedruckt.

Ex versibus praedictis habetur, quod, antequam civitas Mindensis fundaretur, Minden fuit quidam locus sic dictus, et in eo fuerunt quidam homines gentiles et idolatrae vocati Saxones. Princeps autem illorum Saxonum fuit quidam rex nomine Wedekindus, genere Saxo ac eiusdem ritus et conditionis. Hic habuit castrum in Minden, ut adhuc apparet, quod dicitur praepositura, quia in ea morabatur quondam Simon, nobilis de Monte, praepositus Mindensis<sup>1</sup>. Superveniens autem pius rex et imperator Carolus, filius Pipini, comitis Palatini, hic construxit quoddam in Brulone, ut adhuc videtur in fossis, quod nominatur ad s. Aegidium<sup>2</sup>, quia in eo sanctus pater Aegidius impetravit et obtinuit veniam et remissionem cuiusdam maximi delicti, quod Carolus perpetravit<sup>3</sup>.

P 724. Praedictus autem rex Wedekindus et imperator Carolus multa bella moverunt inter se. Tandem Carolus captivavit praedictum regem ipsumque fidem catholicam edocuit ac plenius edoctum Leo papa baptizavit una cum aliis Saxonibus. Praedictus autem Carolus fundavit ecclesiam pulchram et ornatam, quae iam maior est ecclesia Mindensis, quam s. Leo papa consecravit, et ordinavit eis quendam virum sanctum in pastorem et primum episcopum Mindensem nomine Ercanbertum. Hic erat vir devotus et ratione vitae incedens in omnibus mandatis Dei. Fecit enim Deus per eum multa miracula, quae inscripta sunt libro vitae. Praedictus autem Ercanbertus multis clarens virtutibus quievit in pace in vigilia s. Medardi episcopi<sup>4</sup>. Obiit autem Carolus anno Domini 814. DCCCXIV., anno aetatis suae LXXII., regni eius XLVI., imperii XIV., post devictam Italiam anno XLIII. mensis Februarii [!] die XXVIII.

<sup>1</sup> Gestorben 1397; vgl. oben S. 217.    <sup>2</sup> Vgl. S. 23.

<sup>3</sup> Ungeschichte Umschreibung der Verse oben S. 24.

<sup>4</sup> 7. Juni. Die Angabe beruht auf den Nechr. Mind. IV. und I.

## 2.

Hatwardus secundus episcopus Mindensis. Tempore istius *Chron. I.*  
 corpus s. Viti, martyris egregii, de civitate Parisiensi in Corbeiam,  
 anno autem sequenti, hoc est DCCCXXVII.<sup>1</sup> corpus s. Liborii<sup>a</sup>, episcopi 827  
 Cenomanensis, in civitatem Paderbornensem est translatum. De illo (vielm. 837).  
 autem episcopo Hatwardo et<sup>b</sup> quam pluribus aliis nihil dignum me-  
 moria inveni, et quanto tempore rexerit ecclesiam Mindensem, quod diu  
 ab hominum memoria transivit. Obiit autem dictus episcopus in die  
 s. Euphemiae, virginis et martyris.

## 3.

Theodoricus nominis primus, tertius episcopus Mindensis.  
 Hic fundavit monasterium in Wunstorpe<sup>c</sup> in honorem Cosmae et Damiani  
 martyrum. Iste episcopus Theodoricus, Dudo, episcopus Pader-  
 bornensis, Drogo<sup>d</sup>, episcopus Osnaburgensis, Aufridus Traiectensis,  
 Albertus Hanenbergensis<sup>2</sup>, Erlulfus Verdensis episcopi cum tribus  
 ducibus tredecimque comitibus ac multis aliis fidelibus iuxta Ebekestorp in  
 acie pro fidei et patriae defensione stantes imperterriti Domino permit-  
 tente occubuerunt coelosque petierunt sanguine laureati. Facta est  
 autem haec strages praedicta in die purificationis beatae Mariae virginis.

## 4.

Wulfarius quartus episcopus Mindensis. Tempore istius  
 s. Cyrillus, omnium Selavorum apostolus, corpus s. Clementis papae et marty-  
 ris a Tersona [!], ubi in mare proiectum fuerat, mari expiscato<sup>3</sup> auferens  
 Romam deportavit. Item anno Domini DCCCXLVII.<sup>4</sup> comitatus Flandriae 847.  
 sumpsit exordium. Et anno sequenti comitatus Hollandiae coepit circa  
 tempora istius episcopi. Obiit autem praedictus Wulfarius in die  
 s. Nicomedis, martyris gloriosi.

## 5.

Drogo quintus episcopus Mindensis. Tempore [istius], scilicet 896.  
 anno Domini DCCCXCVI. monasterium monialium Molenbeke in honorem  
 s. Dionysii sociorumque eius fundatum est hoc modo. Fuit enim quae-  
 dam mulier devota nomine Hiltiborch uxor cuiusdam nomine Uffo. Hic  
 vir duo castra optima in parochia Acriste, nunc Eckersten dicta, habuit,

<sup>a</sup> P: Liberi.    <sup>b</sup> P: e.    <sup>c</sup> P: Wunsterpe.    <sup>d</sup> P: Drago.

<sup>1</sup> Schreib- oder Druckfehler für 837.

<sup>2</sup> In der Vorlage: cum . . . Ramberto Hamburgensi.

<sup>3</sup> In der Vorlage: exsiccato.    <sup>4</sup> In der Vorlage: DCCCLXVII.

unum iuxta villam Bredenbeke, quod incolae mihi nominarunt Uffenboreh, et alterum iuxta villam Stenboreh. Istius uxor cum liberos masculos non haberet, ad instinctum cuiusdam devoti sacerdotis nomine Folchardi in absentia mariti sui Uffonis, qui dudum fuit in peregrinatione terrae sanctae, novem ecclesias, videlicet Molenbeke<sup>a</sup>, Segelhorst<sup>b</sup>, Dekber, Stenboreh, Ostereysenberge, Westereysenberge, Honroden, Velthem<sup>c</sup> et Silingen fundavit. Unde in reditu mariti sui gloriata est se novem filias nondum in Christo regeneratas peperisse, quod devotus Uffo de fundatione novem ecclesiarum intelligens eas de bonis paternis competenter dotavit, quas episcopus Drogo consecravit. Obitus autem praedicti episcopi ignoratur<sup>1</sup>.

## 6.

908. Adelbertus sextus episcopus Mindensis. Circa tempora istius anno Domini DCCCCVIII. Ungari Saxoniam et Thuringiam devastaverunt. Hic obiit in die sanctorum Vedasti et Amandi episcoporum.

## 7.

P 725. Bernhardus vel Bernharius septimus episcopus Mindensis. Tempore istius Ungari denuo Alemanniam, Franciam, Alsatiam et Saxoniam depopulaverunt, quos Henricus primus imperator, filius Lutgardis, quae fuit filia Arnulfi imperatoris, iuxta urbem Mersburch totaliter delevit. Hic obiit in die s. Magni confessoris.

## 8.

926. Ludarius vel Luitharius octavus episcopus Mindensis. Tempore istius anno domini DCCCCXXVI., tempore Henrici Aucupis Magni<sup>2</sup> in die sanctorum Felicis et Adaucti martyrum sanctimoniales in Overenkerken cum clericis et sua familia numero CXXVIII ab Ungaris occisi sunt. Istaе autem moniales prius albo utebantur habitu. Sed postea tempore Weneri episcopi, qui praedictam ecclesiam reconciliavit et eas licentiavit ad habitum nigrum<sup>d</sup>. Et illa ecclesia prima<sup>e</sup> fuit inter Alram et Leinam. Obiit autem praedictus episcopus in vigilia Pantaleonis, martyris beati.

944  
(*vielm.* 954).

1234. Anno domini DCCCCXXXIV<sup>3</sup> tempore Heinrici Aucupis monasterium canonicarum<sup>f</sup> regularium in Visbeke a nobili domina Hilleburgi in honorem beati Johannis Baptistae fundatum est. Post lapsum vero temporis, scilicet anno MCCXXXIV. per incendium destruitur et post annos XX

<sup>a</sup> P: Melenbeke.    <sup>b</sup> P: Segelhort.    <sup>c</sup> P: Volthem.    <sup>d</sup> Der Satz ist nicht zu Ende geführt.    <sup>e</sup> P: primo.    <sup>f</sup> P: canonicorum.

<sup>1</sup> Er fehlt in der Tat in den Nekrologien und Chroniken. Vgl. S. 3, 37 f., 106 ff.    <sup>2</sup> In der Vorlage: 936., tempore Ottonis Magni.

<sup>3</sup> In der Vorlage (S. 48): 834., tempore Ottonis Magni!

septimo Calendas Julii a duobus episcopis reconciliatur. In qua consecrationis die duae stellae lucidae circa meridiem multis videntibus et admirantibus super dictum monasterium ceciderunt.

## 9.

Ebergisus nonus episcopus Mindensis. Huius tempore Bruno, archiepiscopus Coloniensis, frater Ottonis primi, corpora sanctorum Esicii et Patroeli, Privati<sup>a</sup> et Gregorii cum baculo s. apostoli Petri transtulit de Roma in Coloniā. Quinto vero anno sequenti beatissimus martyr Patroclus, miles Trecaſinus<sup>b</sup>, per eundem episcopum Brunonem translatus fuit in oppidum Angarorum Susatum. Obiit autem dictus Ebergisus in die s. Lucae evangelistae.

## 10.

Helmwardus<sup>c</sup> decimus episcopus Mindensis. Hic cum duobus aliis episcopis, scilicet Dudone Paderbornensi et Drogone<sup>d</sup> Osnaburgensi anno Domini DCCCCLII. maiorem ecclesiam Mindensem sub honore sanctorum Gorgonii, Laurentii et Alexandri martyrum consecravit. Hic obiit anno Domini DCCCCLVIII. in die s. Valentini martyris.

952.

958.

## 11.

Lantwardus undecimus episcopus Mindensis sub Othone Magno. Tempore istius anno Domini DCCCCLXXIV. quidam sacerdos nomine Vandradas Lubekegowe, nunc Lubbecke dictum, cum omnibus attentis suis ecclesiae Mindensi confirmante Othone II. imperatore contulit. Obiit autem in die sanctorum Cosmae et Damiani martyrum eodem anno. Impetrat privilegium ab Othone Magno anno DCCCCLXI. et ab Ottone II. anno DCCCCLXXIV.

974.

961.

974.

## 12.

Milo duodecimus episcopus Mindensis. Hic anno Domini DCCCXCIII. fundavit monasterium monialium in monte Wedegonis sub disciplina<sup>e</sup> regulari ordinis sancti Benedicti, ubi prius sancta Thetwioff inclusa solitariam vitam ducebat et regulam sancti Benedicti pie observabat. Praedictus etiam Milo fundavit praebendas sanctae crucis. Obiit anno Domini DCCCXCVI. in die s. Eleutherii episcopi. Impetrat ab Othone tertio privilegium anno DCCCXCII. et ab Othone secundo anno DCCCCLXXVI. et DCCCCLXXIV.

993.

996.

991.

976. 974.

<sup>a</sup> P: Prinati.    <sup>b</sup> P: Crecaſinus.    <sup>c</sup> P: Helmwerdus.    <sup>d</sup> P: Dragone.  
<sup>e</sup> P: domina.



## 13.

Ramwardus<sup>a</sup> decimus tertius episcopus Mindensis. Iste episcopus monasterium praedictum in monte Wedegonis a suo praedecessore constructum propter aeris, nebulae et venti intemperiem ad civitatem Mindensem in magnum religionis decrementum, pia tamen et sincera intentione sub anno Domini MIV.<sup>1</sup> in honorem beatae Mariae virginis et s. Blasii episcopi transtulit et fundavit. Hic Ramwardus<sup>b</sup> obiit in vigilia beati Dionysii, episcopi et martyris.

1004.

## 14.

Theodoricus nominis secundus, decimus quartus episcopus Mindensis, vixit sub Henrico sancto imperatore, a quo in anno MIX. donatur privilegio. Rexit Mindensem ecclesiam XVIII annos, 1022. menses quatuor et duos dies. Obiit autem anno Domini MXXII., XIX. die mensis Februarii in die s. Juliani martyris.

P 726.

1009.

1022.

## 15.

Sigibertus decimus quintus episcopus Mindensis. Tempore istius Conradus secundus Salicus imperator, a quo Sigibertus privilegia anno MXXV. et MXXIX. et MXXXI. et MXXXIII. obtinuit, 1025-1033. duobus annis in platea, quae Camp dicitur, in civitate Mindensi curiam sollemnem tenuit. Praedictus autem episcopus Sigibertus ad decorem ecclesiae Mindensis reliquit calices et thuribula pulchra et novem plenaria valde pretiosa cum diversis materiis intus depicta et exterius auro, argento et lapidibus pretiosis adornata comparavit. Item fundavit ecclesiam s. Margini episcopi anno Domini MXXXVI., in qua feliciter anno eodem in die beati Gereonis martyris requievit et sepelitur. Circa idem tempus anno Domini MXXX. comitatus Schomburgensis habuit originem.

1036.

1030.

## 16.

Bruno decimus sextus episcopus Mindensis, prius canonicus Magdeburgensis. Hic monasterium s. Mauritii extra muros Mindenses, 1042. dictum in insula, ubi in Domino feliciter requiescit, anno Domini MXLII. fundavit ac monachos eiusdem ordinis de civitate Magdeburgensi eo accersivit. Hic paralysi per quinque annos laboravit, ita ut omnium membrorum officio destitutus esset, ut, quo necesse habuit ire, 1055. a confratribus portari deberet. Obiit autem anno Domini millesimo quinquagesimo quinto in die Scholasticae virginis. Carus Henrico Nigro, 1039. Salici filio, a quo privilegium anno MXXXIX. accepit et alterum 1048. anno MXLVIII.

<sup>a</sup> P: Ramwerdus.    <sup>b</sup> P: Ramwerdus.

<sup>1</sup> Hier liegt offenbar wieder ein Schreib- oder Druckfehler vor. Die Vorlage hat 1009.

## 17.

Egilbertus vel Engelbertus decimus septimus episcopus Mindensis et canonicus Bambergensis. Tempore istius maior ecclesia Mindensis anno Domini MLXII. in die s. Vincentii martyris per incendium destructa est et armarium combustum, ita ut quidquid prius imperator Carolus et Wedekindus, rex Mindensium et Angarorum, ex magnificentia regia in ornamentis et donariis plurimis reliquerant ad honorem et decorem saepedictae ecclesiae, per flammam ignis consumptum et deletum sit. Anno autem Domini MLXXI. praedicta ecclesia sic destructa a dicto episcopo Egilberto ac honorabili domino Rudolpho, episcopo Schleswicensi, in honorem s. trinitatis, s. crucis, virginis gloriosae et omnium sanctorum reconciliata et denuo dedicata est. 1062. 1071.

Item dictus episcopus capellam s. Joannis Baptistae, quae ecclesia fori nuncupatur, per ignem destructam de bonis unius civis Mindensis restauravit. Hic rexit Mindensem ecclesiam annos XXV, menses VIII, dies XIX. Obiit autem anno Domini MLXXX. in crastino s. Andreae apostoli et sepultus est in ecclesia s. Martini in choro cum antecessore suo Sigilberto. Accepit privilegium ab Henrico anno MLIX. et MLXIII., qui episcopo anno MLVIII. praedium Losa donat, ut est in vicissimo privilegio. 1080. 1059. 1063. 1058.

## 18.

Raymundus vel Reinhardus decimus octavus episcopus Mindensis. Sub isto episcopo vel antistite Folmarus, successor istius, sedem episcopalem frivole invasit. Obiit hic anno Domini MLXXXIX. in tertio<sup>1</sup> cathedrae s. Petri. 1089.

## 19.

Folmarus vel Vollemarus decimus nonus episcopus Mindensis. Iste episcopus propter frivolam invasionem episcopalis sedis, ut veraciter asseritur, a sancto Gorgonio, martyre et patrono huius ecclesiae, occisus circa annum Domini MCXCIV. et ideo memoria istius fieri non consuevit. Accidit enim, ut eadem, qua dictus Folmarus occisus est, nocte, beatus Gorgonius custodibus maioris ecclesiae appareret imperans, ut signum pro mortuo episcopo facerent. Illis autem credere nolentibus ostendit eis pro intersignio pallam altaris cruentatam et sanguinolentam, in qua gladium occisionis absterserat, quae multis annis postea pro miraculo servabatur. Qui statim surgentes omnia eis imperata oboedienter et cum timore perfecerunt. Obiit autem in die decollationis Joannis Baptistae anno, quo supra, indictione secunda. P 727.

<sup>1</sup> In der Vorlage: crastino.

## 20.

1096. Odalricus vel Olricus vicesimus episcopus Mindensis. Iste scriptura testante anno Domini MXCVI. praefuisse ecclesiae Mindensi invenitur. Obiit autem VI. Idus Decembris indictione IV. in die s. Eutyechiani martyris.

## 21.

1112. Gotscalcus XXI. episcopus Mindensis. Hic anno Domini MCXII. rexit ecclesiam Mindensem. Obiit autem XVIII. Calendas Martii, indictione V., in die s. Valeriani martyris anno Domini MCXII.

## 22.

1120. Widelo XXII. episcopus Mindensis. Iste anno Domini MCXX., indictione XIV.<sup>1</sup> in die sanctorum innocentium martyrum migravit ex hoc saeculo.

## 23.

1124. Sigewardus XXIII. episcopus Mindensis habens matrem Evesam nomine<sup>2</sup>. Hic anno Domini MCXXIV., indictione II., in die Palmarum praesente papa Calixto et iubente Calendis<sup>3</sup> Aprilis in episcopum consecratus est. Hic dedit ecclesiae Mindensi inter alia bona centum mansos. Tempore istius episcopi Henricus dux Brunswicensis contulit ecclesiae brachium s. Gorgonii pretiose adornatum.

Item tempore istius moniales ordinis s. Augustini locum, qui dicitur Werder, prope oppidum Hannover intraverunt. Antequam enim praedictae<sup>a</sup> moniales locum praedictum adierunt, inhabitabant quidam canonici regulares, qui propter vitam et conversationem<sup>b</sup> eorum nimis saecularem<sup>c</sup> electi fuerunt, et moniales monasterii Overenkerken per comites de Wunstorpe et Lewenrode ipso die s. Catharinae anno Domini MCXIV. praedictum monasterium intraverunt.

1140. Item circa tempora istius episcopi quidam sacerdos divitiis abundans monasterium Leveren<sup>d</sup> fundavit. Fuit enim Leveren<sup>d</sup> prius ecclesia parochialis et praedictus sacerdos fuit ibi plebanus. Adiit ergo dominum apostolicum et impetravit, ut inibi posset monasterium monialium erigere, quo annuente praedictus presbyter N. et sic monasterium praedictum fundavit. Et posthaec factus est ibi praepositus. Sedit autem episcopus Sigwardus annos XX, mensem unum, dies XVI et obiit anno Domini MCXL. in die beati Victoris, papae et martyris.

<sup>a</sup> P: praedicti. <sup>b</sup> P: commemorationem. <sup>c</sup> P: singularem. <sup>d</sup> P: Leneren.

<sup>1</sup> In der Vorlage: XIII.

<sup>2</sup> Diese Notiz findet sich nicht in den älteren Chroniken, sondern ist den Domnekrologien entnommen; vgl. S. 149 Anm. 2.

<sup>3</sup> In der Vorlage: III. Calendas.

## 24.

Henricus XXIII. episcopus Mindensis. Hic prius fuit abbas in insula s. Mauritii ordinis s. Benedicti, prius monachus in Bursfeldia<sup>1</sup>, unde electus in abbatem in insula, et est in Bursfeldia sepultus, ut in chronicis invenitur<sup>2</sup>.

Tempore istius coenobium in Schinna ordinis s. Benedicti per comites de Halremunt anno Domini MCXLVIII. in honorem s. Viti martyris sociorumque eius fundatum est. Et primus abbas huius coenobii fuit assumptus de monasterio s. Michaelis in Hildesheim. 1148.

Item circa tempora eiusdem episcopi monasterium in Lucca ordinis Cisterciensis per comites de Halremunt et Oldenborch<sup>a</sup> anno Domini MCLIII.<sup>3</sup> conditum est et fundatum sub honore sancti Georgii. 1153  
Hic episcopus Henricus sedit annos XII, menses XI et dies III. Obiit (vielm. 1163).  
autem anno Domini MCLVI. in crastino s. Potentianae virginis. 1156.

## 25.

Wernerus XXV. episcopus Mindensis, quondam maioris ecclesiae praepositus et domini imperatoris Wilhelmi consanguineus. Sub isto praesule vixit quidam famosus et Deo devotus miles nomine Mirabilis. Ab isto milite capella et curia, quam monachi de insula Mindensi ordinis s. Benedicti possident, sita prope indaginem Mirabilis brock, dicta et cognominata est. Quae capella prius fuit castrum istius militis. Posthaec ille miles sub anno Domini MCLXVII. ante altare assumptionis beatae Mariae virginis in maiori ecclesia Mindensi versus aquilonem sepultus est. Iste episcopus Wernerus monasterium in Schinna anno Domini MCL., imperii Friderici Caesaris secundo, Calendas Novembris, anno ordinationis eius primo dedicavit. Sedit autem annis XVII, mensibus IV et obiit anno Domini [MCLXVII.]<sup>4</sup> in vigilia beati Martini episcopi. 1150  
(vielm. 1153).  
P 728.  
1167.  
1167  
(vielm. 1170).

## 26.

Hanno XXVI. episcopus Mindensis. Iste sanctus episcopus videns maiorem ecclesiam Mindensem miserabiliter sanctorum reliquiis orbatam per incendium collegit de locis diversis corpora et reliquias sanctorum et ad praedictam ecclesiam transvexit. Tempore autem

<sup>a</sup> P: Oldenborcht.

<sup>1</sup> Unberechtigte Folgerung aus seiner Beisetzung in Bursfelde. Er war vielmehr Korveyer Mönch gewesen; vgl. S. 151 Anm. 2 und 156 Anm. 3.

<sup>2</sup> Gemeint ist hier Chron. II. (S. 156). <sup>3</sup> In der Vorlage: MCXLIII.

<sup>4</sup> So in der Vorlage.

incendii. reliquiae beatae Mariae Magdalenae inter alias reliquias igne attactas intactae permanserunt. Unde canonici Mindenses devotione congrua permoti in quodam capite argenteo praedictas reliquias locaverunt. Videns autem hoc Bruningus de Engelingborstell, tunc temporis decanus, prorupit in verba contumeliae dicens propter tantillum ossis tam magnas expensas fieri non debere in instanti tangens tales reliquias irreverenter et indigne, statimque pustula ad modum magnae nucis in manu sua cum tanto dolore cunctis videntibus apparuit, sic quod manum credebat ex reliquiarum esse<sup>a</sup> perforatam attactu. Fuit enim indignus ad tangendum tales reliquias, qui eadem nocte condormierat uni mulieri, quod statim patebatur.

Sunt autem hae reliquiae in maiori ecclesia Mindensi, videlicet corpora sanctorum Feliciani episcopi, Carpophori et Habundi martyrum, Theodorici episcopi et sanctae Sophiae viduae. Item de istis sanctis maxima pars corporum habetur, scilicet Timothei apostoli, Gorgonii martyris, Audentii martyris, Hilarii episcopi, Justini episcopi, Felicis episcopi, Alexandri martyris, Pamphili martyris, Felicitatis virginis, Vigillii confessoris, Speciosae virginis, capita duorum Maurorum martyrum, quatuor ansae de catena beati Petri apostoli, catena s. Feliciani episcopi, cum qua ducebatur, brachium s. Annae, matris Mariae, et brachium s. Gorgonii martyris, item adhuc duodecim membra alia integra de diversis sanctis.

Item tempore huius episcopi Hannonis Oda, comitissa de Blanckenborch, dedit ecclesiae Mindensi duo dorsalia passiones<sup>b</sup> s. Petri apostoli, sanctorum Gorgonii et Dorothei continentia. Item dedit pannum sericum rubei coloris, sub quo chrisma benedicendum deferri consuevit, item dedit imaginem argenteam et deauratam beatae Mariae virginis. Sedit autem sanctus Hanno episcopus annos XIV sub Friderico Barbarossa imperatore et obiit anno Domini MCLXXXV, in crastino beati Valentini martyris.

## 27.

Dethmarus vicesimus septimus episcopus Mindensis. Iste episcopus cum in die paraseves divino officio peracto panem et aquam ob reverentiam dominicae passionis comederet, contigit, ut aqua per ministros allata bina vice in vinum converteretur. Tandem episcopus tertia vice vadens, ut aquam hauriret, et vinum inveniens intellexit hoc factum esse a Domino, unde id, quod sibi datum fuerat a Domino, in Domino bibit et Dominum in donis suis benedixit.

Sub hoc episcopo inventae sunt in episcopatu argentifodinae, cuius duas partes Henricus VI. imperator donat ecclesiae anno 1189. MCLXXXIX.

<sup>a</sup> P: osse.    <sup>b</sup> P: passionis.

Tempore istius episcopi monasterium in Nendorpe<sup>a</sup> ordinis s. Benedicti a praeposito Simone, consanguineo praedicti pontificis, scilicet avunculo, in honorem s. Martini fundatum est. Item tempore istius episcopi Dethmari ecclesia s. Johannis evangelistae in Minda anno Domini MCCVI. 1206.  
 a domino Ramwardo, canonico maioris ecclesiae Mindensis<sup>1</sup>, fundata est. Item comitatus de Hoya circa idem tempus originem habuit. Item circa idem tempus dominus Iko, maioris ecclesiae decanus, fundavit ecclesiam s. Simeonis, monachi in Minda, quae postea a Conrado, P 729.  
 episcopo Mindensi, anno Domini MCCXIV. consecrata est. Circa idem tempus, 1214.  
 scilicet anno Domini MCCIII. ordo fratrum praedicatorum sub beato Dominico initium habuit. Praedictus autem episcopus Dethmarus rexit 1203.  
 ecclesiam Mindensem XXI annis, IV mensibus et IV diebus. Et obiit anno Domini MCCVI. in vigilia beati Thomae de Aquino et sepultus est, 1206.  
 ut existimo<sup>2</sup>, retro altare beati Petri in maiori ecclesia Mindensi.

## 28.

Henricus secundus XXVIII. episcopus Mindensis. Iste circa annum Domini MCCIX. praefuit ecclesiae Mindensi. Circa idem tempus 1209.  
 claustrum lacus s. Mariae, hoc est Mariensee<sup>b</sup>, anno Domini MCCXV. 1215.  
 de villa Todenhusen translatum est ad instantiam Bernardi, comitis de Welppe. In monte enim Wedegonis primo apud beatam Margaretham fuit fundatum. Sed postea ad villam praedictam, ubi non plene<sup>c</sup> duobus annis morabantur, translatae sunt. Tandem propter ineptitudinem loci ad locum, ubi nunc degunt, translatae sunt. Item isto tempore capella et maius altare in castro Schomborg anno Domini MCCXXI. in honorem s. martyris Paneratii a 1221.  
 domino Bernardo, archiepiscopo Senonensi, consecrata sunt. Sedit autem episcopus Henricus annis III et obiit ipso die s. Praxidis virginis.

## 29.

Conradus episcopus XXIX. Mindensis. Iste castrum Reinberg anno Domini MCCXIII.<sup>3</sup> aedificavit. Tempore istius episcopi monasterium monialium in Rintelen circa annum Domini MCCXXX., paulo ante 1213.  
 vel post, per Adolphum, comitem de Schomborg, translatum est de Oldenrintelen et in honorem s. Jacobi apostoli a fundamento est constructum. Degebant enim antea in loco, qui dicitur Biscoppenhagen. 1230.

<sup>a</sup> P: Neudorpe.    <sup>b</sup> P: Marien Seh.    <sup>c</sup> P: plane.

<sup>1</sup> Dieser Zusatz ist aus Chron. II. oder aus der Urkunde (WUB. 6 Nr. 66) entnommen.

<sup>2</sup> Die folgende Angabe auch in Chron. II., der sie vielleicht entnommen ist.

<sup>3</sup> Auf die Jahreszahl, die in der Vorlage fehlt, ist kein Gewicht zu legen. Sie ist wohl nur der flüchtigen Benutzung zu verdanken; vgl. S. 61.

- Hic etiam Adolphus dudum tria monasteria construxerat, duo in civitate Hamburgensi, unum de ordine praedicatorum, aliud de ordine minorum, tertium in oppido Kylan sub regula s. confessoris Francisci. Istae autem moniales in Rintelen prius nigro utebantur habitu, sed post haec propter quandam visionem, quam dictus episcopus Conradus et comes Adolfus viderunt in aedificatione monasterii, habitu albo sub regula beati Benedicti utuntur, cum prius fuerint sub regula s. Augustini episcopi. Circa eadem tempora fratres praedicatores sub anno Domini
1236. MCCXXXVI. in die conversionis s. Pauli in civitatem Mindensem a Conrado<sup>1</sup>, tunc existente episcopo, revocati<sup>2</sup> sunt. Et primo vixerunt apud s. Joannem evangelistam, deinde in plateam Vitebollenstrate a se transtulerunt. Post haec ad aream, ubi nunc degunt, a quodam milite dicto de Beldersen recepti sunt. Iste autem episcopus Mindensis Conradus praesedit ecclesiae XXVII annis et obiit anno Domini
1236. MCCXXXVI. in die sanctorum Joannis et Pauli martyrum.

## 30.

- Wilhelmus XXX. episcopus Mindensis. Iste castrum Nienhus nunc
1242. desolatum anno Domini MCCXLII. aedificavit. Sedit autem annis quinque,
1243. mensibus undecim, sed obiit anno Domini MCCXLIII. in die s. Pancratii martyris.

## 31.

- Johannes XXXI. episcopus Mindensis. Iste tres turres in Novo Castro et Reinenberg construxit. Hic rexit Mindensem ecclesiam annos X, menses VII, septimanas II et dies II. Obiit autem anno Domini
1252. MCCLII. in octava epiphaniae Domini Idibus Januari et sepultus est in
- Chron. II.* ecclesia s. Martini Mindensis retro altare sanctorum Simonis et Judae apostolorum.

## 32.

- Chron. I.* Wedekindus de Hoya tricesimus secundus episcopus Mindensis. Hic oppidum Hamelen pro quingentis marcis argenti in Colonia persolvendi sub certis poenis et quitatione ducentarum marcarum a monachis
1259. de Fulda anno Domini MCCLIX. comparavit. Fundatio enim ecclesiae Hamelen praecessit foundationem ecclesiae Minden XXX<sup>3</sup> annos ab illo tempore, quo beatus Bonifatius episcopus eam primo consecravit. Item iste epis-

<sup>a</sup> P: Vitae Bollinrates.

<sup>1</sup> *Nach der Vorlage:* a dominis canonicis.

<sup>2</sup> *Vielmehr* vocati.

<sup>3</sup> *In der Vorlage:* XXV.

copus Wedekindus ducem de Luneburg et comitem de Wunstorpe cum maximo eorum exercitu Deo et civibus<sup>a</sup> de Minda cooperantibus in bello devicit, unde in illius victoriae memoriam quatuor banneria sive vexilla in maioris ecclesiae columnis pendentia in praesentem diem videntur et ob gratitudinem dictus episcopus civibus Mindensibus silvam dictam Minderwalt cum omni suo iure in perpetuae gratitudinis ostensionem libere donavit. P 730.

Iste episcopus ecclesiam praedicatorum in Minden ab iisdem fratribus constructam una cum fratre suo Gerhardo Verdensi<sup>b</sup> et Henrico Osiliensi episcopis ordinis antedieti cum magna sollemnitate consecravit anno Domini MCCLX. Rexit autem ecclesiam Mindensem annos VIII, menses IV, septimanas III et dies quinque. Obiit anno Domini MCCLXI. in vigilia beati Matthaei apostoli. Fuit in Wilhelmi Caesaris magna gratia, qui eum consanguineum et capellanum suum vocat<sup>1</sup> anno MCCLIII. et ecclesiae Mindensi in eius gratiam donat comitiam liberorum in Steynwed, Haddenhusen et Borthere<sup>c</sup> anno MCCLIV.<sup>2</sup> mortuis baronibus familiae istius omnibus. 1260.  
1261.  
1253.  
1254.

## 33.

Cono XXXIII. episcopus Mindensis. Iste ecclesiam Mindensem gubernavit annis IV, mensibus V et tot diebus. Obiit anno Domini MCCLXV. in festo cathedrae s. Petri apostoli. 1265.

## 34.

Otto XXXIV. episcopus Mindensis. Iste castrum Reinenberg, quod dominus de Diepholte violenter occupaverat, sua diligentia et prudentia recuperavit. Temporibus suis pons trans Weseram non erat, sed omnia navigio traducebantur. Sic pons consilio et auxilio illius factus est. Circa tempora istius anno Domini MCCLXXI. celebratum est primum capitulum a fratribus praedicatoribus in Minda in die sancto nativitatis Mariae virginis gloriosae<sup>3</sup>. Sedit autem dictus episcopus annis VI, menses undecim, septimanam unam et duos dies et obiit circa annos Domini MCCLXXV. in octava s. Martini episcopi. 1271  
(vielm. 1281).  
1275.

<sup>a</sup> P: omnibus.    <sup>b</sup> P: Werdensi.    <sup>c</sup> P: Bershere.

<sup>1</sup> In der Urkunde über die Regalienverleihung von 1253 (WUB. 6 Nr. 583).    <sup>2</sup> WUB. 6 Nr. 612.

<sup>3</sup> Diese Nachricht findet sich in den älteren Chroniken nicht und ist wohl einer Aufzeichnung des Dominikanerklosters entnommen. Das Jahr ist (wahrscheinlich infolge von Schreib- oder Druckfehler) unrichtig. Es muß heißen 1281. Vgl. v. Loë, Statistisches zur Geschichte der Ordensprovinz Teutonia (Quellen und Forsch. z. Gesch. d. Dominikanerordens H. 1) S. 32.



## 35.

Volquinus tricesimus quintus episcopus Mindensis. Iste de villa Lubbeke fecit oppidum, et canonici ibidem de villa Alden sive Alen circa eadem tempora sunt translati.

Tempore istius episcopi floruit quidam frater de ordine praedicatorum dictus Burchardus Hyddingk, vir Domino devotus et sanctus, auditor confessionis praedicti episcopi<sup>1</sup>. Hic inter alia miracula praedictum episcopum Volquinum excaecatam illuminavit et iussit<sup>2</sup>, ut praedictus episcopus faceret unam imaginem beatae Mariae virginis et lampadem perpetuo arsuram iuxta eam ad sepulchrum eius poni, quod et factum est et adhuc claret. Obiit autem in die s. Godehardi episcopi et sepultus est iuxta summum altare in choro fratrum praedicatorum<sup>3</sup>.

## 36.

1295. Conradus secundus XXXVI. episcopus Mindensis. Tempore istius castrum comitis de Hoya anno Domini MCCXCV. constructum est. Obiit autem IV. Cal. Junii anni Domini MCCLXXXV. in die sanctorum Marcellini et Petri martyrum.

## 37.

1304. Rudolphus de Rostorpe XXXVII. episcopus Mindensis. Iste  
1307. castrum Steigerberg anno Domini MCCCIV. aedificavit. Sub eo etiam capitulum secundum fratrum praedicatorum in Minda anno MCCCVII. celebratum est in die assumptionis beatae Mariae virginis<sup>4</sup>. Item tempore istius episcopi suburbium s. Simeonis in die s. Hippolyti martyris per ignem ex integro deletum est. Item consecravit etiam imaginem crucifixi in ecclesia fratrum praedicatorum<sup>5</sup>. Et obiit anno Domini MCCCXIV. in die s. Albani episcopi.

1314  
(vielm. 1304).

## 38.

1335  
(vielm. 1306).  
P 731.  
1328. Gotfridus de Waltege XXXVIII. episcopus Mindensis. Iste castrum Petershagen secundo anno sui episcopatus, hoc est anno Domini MCCCXXXV. in die s. Walburgis virginis erexit et consummavit. Eodem anno platea pistorum totaliter per ignem destructa est. Ita circa tempora istius, scilicet anno Domini MCCCXXVIII. celebratum est tertium capitulum fratrum praedicatorum in Minda in die sanctae nativitatis

<sup>1</sup> Diese Notiz ist vielleicht Chron. II. entnommen.

<sup>2</sup> Auch diese Angabe dürfte aus Chron. II. stammen. Chron. I. sagt nur, daß der Bischof das Bild stiftete.

<sup>3</sup> Diese Nachricht fehlt in den älteren Chroniken.

<sup>4</sup> Das Datum fehlt in den älteren Chroniken.

<sup>5</sup> Auch diese Notiz findet sich in den früheren Chroniken nicht.

Mariae virginis<sup>1</sup>. Obiit autem iste episcopus anno Domini MCCCXXIV. 1324.  
in crastino s. Servatii episcopi et sepultus est retro altare s. Petri apo- Chron. II.  
stoli in maiori ecclesia Mindensi.

## 39.

Lodovicus, filius Ottonis ducis de Luneburg, XXXIX. epis-  
copus Mindensis. Tempore istius castrum Nyenhues anno Domini  
MCCCXLVI. in die beati Sixti papae et martyris a comitibus de Hoya cap- Chron. I.  
tum et deletum est. Eodem anno in festo decollationis Joannis Baptistae 1346.  
castrum Slotelborg aedificatum est. Item tempore istius episcopi in-  
undatio magna aquarum Weserae facta est, ita quod aquae excre-  
verunt et civitatem Mindam intrantes trans maiorem ecclesiam usque ad  
forum pervenerunt et ostium portae civitatis quatuor vel quinque pedibus  
totum repleverunt. Factum autem est hoc anno Domini MCCCXLII. in die 1342.  
s. beatae Mariae Magdalенаe. Sedit autem episcopus Ludovicus annos<sup>a</sup>  
XXII, mense I et diebus IV et sepultus est anno Domini MCCCXLV. in 1345.  
monasterio monialium in Walsrode.

## 40.

Gerhardus de Schomborg quadragesimus episcopus Mindensis.  
Iste castrum Roden anno Domini MCCCLIII. comparavit. Sedit autem annis  
VI, mensibus III et III diebus et obiit anno Domini MCCCLIII. in die 1353.  
sancto circumeisionis Domini et sepultus est in maiori ecclesia Mindensi  
iuxta altare beatae Mariae Magdalенаe ante ascensum chori<sup>2</sup>.

## 41.

Theodoricus tertius XLI. episcopus Mindensis. Hic fuit prius  
frater ordinis Cistertiensis sancti Bernhaldi, post hoc de ordine  
assumptus eligitur in episcopum Ebronensem<sup>b</sup>, postea fit episcopus 1343  
Sleswicensis. Deinde anno Domini MCCCXLIII.<sup>3</sup> Calend. Martii promo- (vielm. 1353).  
vetur in episcopum Mindensem. Ultimo anno Domini MCCCLXI. assumptus 1361.  
est in archiepiscopum Magdeburgensem.

<sup>a</sup> P: anno.    <sup>b</sup> P: Ebranensem.

<sup>1</sup> Desgleichen. Vgl. Finke in der oben S. 78 Anm. 1 genannten Publikation S. 372.

<sup>2</sup> Diese Notiz findet sich nicht in Chron. I. und weicht von Chron. II. so weit ab, daß sie wohl auf eigene Kenntnis des Chronisten zurückzuführen ist.

<sup>3</sup> Schreib- oder Druckfehler. In der Vorlage richtig 1353.

## 42.

1366. Gerhardus secundus de Schomborch quadragesimus secundus episcopus Mindensis. Hic oppidum Petershagen construxit. Iste episcopus cum fratre suo Adolpho, comite de Schomborch, anno Domini MCCCLXVI. ad terram sanctam vadens in ecclesiae suae magnam desolationem iam in mari existens diem clausit extremum in vigilia s. Michaelis archangeli. Adolphus autem frater suus obiit eodem anno in Cypro in vigilia s. Eduardi confessoris.

## 43.

1388  
(vielm. 1368). Otto secundus de Wettin quadragesimus tertius episcopus Mindensis, quondam cantor Wormatiensis et decanus Moguntinensis. Iste episcopus postquam in vigilia corporis Christi Mindam introductus fuit, modico tempore, scilicet usque ad festum s. Alexii confessoris superviens<sup>a</sup> hora quasi decima post occasum solis viam universae carnis ingressus est et sepultus est ante summum altare in choro fratrum praedicatorum in Minda. Post obitum autem dicti episcopi cives Mindenses duo castra, scilicet Vlotow et Varenholte per vim armorum ceperunt et pro parte igni tradiderunt. Item anno Domini MCCCLXXXVIII. Simon de Lippia domicellus in die s. Magni martyris oppidum Lubbeke spoliavit et incendit.

## 44.

1369.  
P 732.  
1373.  
1375.  
1353  
(vielm. 1351). Wedekindus secundus de Monte quadragesimus quartus episcopus Mindensis. Iste anno Domini MCCCLXIX. septimo die mensis Octobris Mindam fuit introductus et in episcopum receptus. Tempore istius episcopi anno Domini MCCCLXXIII. circa ascensionem Domini platea pistorum a porta Weserae usque ad vicum Hellingstrate cum omnibus aedificiis circa ecclesiam s. Joannis per flammam ignis destructa est. Item anno eodem s. Felicianus episcopus miraculis coruscare coepit et ideo praedictus episcopus Wedekindus festum eius per totam dioecesim Mindensem celebrari instituit. Item anno Domini MCCCLXXV. in die beatae Scholasticae virginis fuit magna inundatio Weserae, ita quod aquae excrescentes ad medium fori pervenerint. Et ob hanc causam monachi de insula ordinis s. Benedicti annuatim dant unam stipem in die beatae virginis Scholasticae<sup>1</sup>.  
Temporibus istius episcopi, scilicet anno Domini MCCCLIII.<sup>2</sup> quartum capitulum fratrum praedicatorum in Minda et rursus quintum

<sup>a</sup> P: superveniens.

<sup>1</sup> Diese Notiz findet sich in den älteren Chroniken nicht. Bei P. ist das Datum fälschlich zum folgenden Satz gezogen.

<sup>2</sup> Vielmehr 1351. Die Notiz ist hier ungeschickt untergebracht. Vgl. oben S. 78 Anm. 1.

capitulum<sup>1</sup> praedicatorum in Minda circa tempora eiusdem episcopi celebratum est.

Anno Domini MCCCLXXVII. die XV. mensis Novembris tempore istius episcopi Wedekindi Carolus quartus Mindam pervenit et moratus fuit ibi in conventu fratrum praedicatorum usque in diem tertium, et eodem anno imperatrix eum secuta hora eadem, qua imperator intravit, Mindam pervenit. 1377.

Deinde anno Domini MCCCLXXIX. in crastino s. Urbani, papae et martyris, tanta tempestas grandinum<sup>a</sup> ad quantitatem ovorum magnorum, item tonitruorum<sup>b</sup> et pluiarum est exorta, quae segetes, vineas, arbores, plantas et alia terrae nascentia multa destruxit, et tam horribilis, quod nullus viventium recordatur se talia vidisse. Videbatur etiam peregrinis de Aquisgrano venientibus et in monte Wedegonis existentibus, quod quidam globus sive nubes ignea super civitatem Mindam penderet, ita ut praedictae civitatis periclitationem et totalem deletionem imminere putarent. 1379.

Obiit autem anno Domini MCCCLXXXIII. in festo inventionis s. Stephani<sup>2</sup> et sepultus est in maiori ecclesia Mindensi iuxta altare decem millium martyrum<sup>3</sup>. 1383.

## 45.

Otto tertius de Monte XLV. episcopus Mindensis, frater praedicti Widekindi. Iste totum dominium castri Montis Mindensi ecclesiae perpetuo possidendum resignavit in sui memoriam. Obiit autem anno Domini [MCCCXCVIII.] in nocte circumcisionis Domini. Sepultus est autem in choro ante summum altare maioris ecclesiae Mindensis.

*Forts. von Chron. I.*

1398.  
*Chron. II.*

## 46.

Wilkinus vel Wilhelmus Bursche [!] XLVI. episcopus Mindensis. Iste fuit quondam maioris ecclesiae praepositus. Sedit hic tempus, tempora et dimidium temporis, hoc est tres annos et dimidium et sepultus est in ecclesia Mindensi ante altare s. Petri apostoli in medio ecclesiae eiusdem.

*Forts. von Chron. I.*

## 47.

Marquardus de Randegge XLVII. episcopus Mindensis. Hic missus a domino papa contra voluntatem canonicorum Mindensium et in episcopum promotus est, post haec autem modico tempore cum indignatione nimia est tempore noctis expulsus et fit episcopus Constantiensis.

<sup>a</sup> P: grandium.    <sup>b</sup> P: tonitru.

<sup>1</sup> 1372.    <sup>2</sup> 3. August.    *Quelle ist Nocr. Mind. I.*

<sup>3</sup> *Die Notiz beruht wohl auf eigener Kenntnis.*

## 48.

Otto quartus de Retberge XLVII. episcopus Mindensis non postulatus ex curiae provisione<sup>a</sup> praeficitur et ideo veneno intoxicatus interiit<sup>1</sup>. Sedit autem annis tribus. Et sepultus est in maiori ecclesia Mindensi ante altare s. Petri apostoli.

## 49.

Wulbrandus de Halrmunt XLIX. episcopus Mindensis. Iste prius fuit abbas monasterii Corbeiae, hic deinde episcopus. Castra tria ecclesiae Mindensi recuperavit, scilicet castrum Wedegensteen de manibus nobilis Bernhardi de Lippia et castrum Reinenberch de manibus Nicolai, comitis de Tekenborg, et castrum Roden de manibus Joannis Bock armigeri. Illa tria castra obsedit viriliter et expugnavit et ad ecclesiam Mindensem reduxit.

1426. Item anno Domini MCCCCXXVI. in festo s. Michaelis  
P 733. archangeli celebratum est sextum capitulum fratrum praedicatorum in Minda.

1437. Sedit autem dictus episcopus annis XXX et mensibus duobus, sed obiit anno Domini MCCCCXXXVII. in vigilia nativitatis Domini et sepultus est in maiorem ecclesiam Mindensem ante altare s. apostoli Petri sub imagine beatae Mariae virginis, quam dominus Joannes de Northum, archidiaconus in Pattensem<sup>2</sup>, comparavit.

1434. Item circa tempora istius episcopi Wulbrandi anno Domini MCCCCXXXIV.<sup>3</sup> sequenti die beati Marci evangelistae Minda cecidit in CCC et duobus vigenis captivorum ab hostibus suis, scilicet Osnaburgensibus, Lemegensibus, Varnholt et Lippia<sup>b</sup> in campo dicto in der Velthemer Marsch.

1435. Item anno Domini MCCCCXXXV. in ieiunio in dominica, qua cantatur Laetare, monachi de insula ordinis s. Benedicti extra muros Mindenses intraverunt civitatem Mindensem propter hostium rabiem et maxime nimiam, ut in praesentiarum cernitur, inundantiam aquarum. Ornamenta enim et libros [!] praedicti monasterii adhuc hodie ostendunt, quanta ibidem sustinuerint damna. Et

<sup>a</sup> P: promissione.    <sup>b</sup> P: Lippa.

<sup>1</sup> In Chron. II. (S. 232) ist dies nur als Gerücht bezeichnet.

<sup>2</sup> Er kommt 1413—1445 vor (Zeitschrift 34, 1876, Abt. 2 S. 27) und starb am 24. November 1448 (Necr. Mind. 1).

<sup>3</sup> 1435. Vgl. S. 84.

translati sunt ad ecclesiam s. Simeonis<sup>1</sup>. Anno autem Domini MCCCCLI. praedicti monachi per cardinalem Nicolaum de Cusa 1451. reformati fuerunt mediante abbate Bursfeldensi, qui de suis fratribus posuit ibidem abbatem reformatum<sup>2</sup>. Et tam abbas Bursfeldensis<sup>3</sup> quam ille, quem pro reformatione posuit<sup>4</sup>, ambo in praedicto monasterio s. Mauritii obierunt et sepulti sunt ibidem sub lapide uno in choro, prout scripta testantur<sup>5</sup> desuper exarata.

## 50.

Albertus de Hoya L. episcopus Mindensis. Tempore istius anno Domini MCCCXXXIX. a festo Joannis ante portam latinam 1439. usque ad nativitatem Domini inclusive vigit pestilentia tam fortiter, ut una die duodecim, viginti vel triginta homines ponerentur in unum sepulchrum.

---

<sup>1</sup> Vgl. hierzu die Fortsetzung zu Chron. I. oben S. 83, die zum Teil wörtlich übereinstimmt. Welcher der beiden Texte vom andern abhängig ist oder ob eine gemeinsame Quelle zugrunde liegt, läßt sich nicht entscheiden.

<sup>2</sup> Vgl. S. 84 und S. 259 ff.

<sup>3</sup> Johannes Hagen, † 1469; vgl. die Chronik des Klosters in der Zeitschrift des hist. Ver. f. Niedersachsen 1873/74 S. 148.

<sup>4</sup> Casyn. Vgl. S. 261.

<sup>5</sup> Welche Schriften hier gemeint sind, kann ich nicht sagen.

### Spätere Fortsetzung <sup>a</sup>.

Hunc deinde ex ordine secutus est Henricus comes a Schomborch. Quem Franciscus dux Brunswicensis sequitur, illum vero Franciscus, comes a Waldeck, omnes episcopi Mindenses et Franciscus, de quo loquimur, administrator simul Monasteriensis et Osnaburgensis. Franciscum secutus est Georgius, dux Brunswicensis, Henrici senioris filius, qui obit anno MDLXVI.

Hunc Hermannus, comes Schomburgensis, filius Othonis, illum Henricus Julius, dux Braunschwei et Lunaeburgi. Quem Antonius, comes Schomburgensis, excepit, frater Hermanni antecessoris. Antonio mortuo Christianus, Wilhelmi filius, dux Braunschwei et Lunaeburgi, electus in episcopum <sup>b</sup> fuit anno 1599.

---

<sup>a</sup> In P nicht kenntlich gemacht. Aber das Folgende ist nur noch eine bloße Liste von Namen, die mehrfach ganz eng miteinander verbunden sind. Bei P sind auch die folgenden Bischöfe mit den Nummern L bis LVIII. überschrieben. <sup>b</sup> P: episcopus.